





## IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



Photographic  
Sciences  
Corporation

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14560  
(716) 872-4503

28  
25  
32  
36  
16  
22  
20  
18

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1985**

**Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques**

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscures par un feuillett d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
					✓				

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:


Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



*Archivum*  
ILLUSTRISSIME ET EMINENTISSIME DOMINE,

R. P. D. Epus Marianopolitanus, statim ut diei 25 uovembri anni nuper clapsi litteras Tuas accepit, mihi de duobus opusculis, quae sub pseudonouine *George St. Almé* scripsi, Sacre Inquisitionis monita significavit, quibus omnibus maxima cum reverentia me humiliiter subjeci. Illam agendi rationem sequi co mihi gratius fuit quo majus inde testimonium studii mei erga Sanctam Sedem et Sacras Congregationes, quae illius auctoritate procedunt, prohiberem.

Eminentiam Tuam precor ut praesentis epistole attente perlegendae Sibi onus imponat.

Ex literis Tuis ad R. P. D. Epuum Marianopolitanum missis, haec duo mihi evaserunt perspiciens: primo, me ipsum summatum recensem que in dioecesi Quebecensi circa questionem de christiana studiorum reformatione euerterant, nimis brevitatis causa, multa necessaria dictu omissa, quia Sacram Congregationem adhuc plenam habere notitiam factorum ad illam questionem attinentium existimabantur; secundo, informationes a veritate omnino alienas ad supradictam Congregationem transmissas fuisse ab illis qui doctrinam a me propugnatam impugnaverant.

In culpa sum, si tantummodo attendat Eminentia Tua falsis allegationibus adversariorum qui mihi exprobant dicentes memet acta Sancte Sedis et auctoritatis dioecesane aeriter irreverenterque impugnasse; controversiam relative ad studiorum reformationem de capitib; a Sancta Sede definitis movisse et hinc graves peperisse dissensiones; denique, prohibitions R. P. D. archpi Quebecensis de supradicta questione nullius momenti perpendisse, et usque eo procedisse ut censuras ab eodem illatas publice aspernarer.

Sicut Eminentia Tua me Te aliosque Emos Cardinales Inquisidores de vero rerum statu monere. Mihi opere pretium est omnia diligentissime eluidare, quoiam non tam agitur de reputatione mea quam de vita vel de morte in Canada reformationis quam Roma, ore Pontificis, magni esse momenti existimat. Quapropter accuratissimam diligentia Tibi narrabo omnia quae tum a me tum ab aliis in controversia de predicta reformatione gesta sunt. Nec Te gravem, quam maxime brevis erim.

Anno 1864, tota in ecclesiastica provincia Quebecensi, seminaria collegiaque universa, excepto tamen seminario Sti Hyacinthi, auctoribus ethniciis ab omni labe minime purgatis utebantur, et insuper reliqua disciplina adeo carebant ut plerique juvenes in ipsis electi, statim ut in scena mundi prodibant, de fide et moribus gravissimum patarentur detrimentum. Hinc immensa scatabant mala. Viri in politicis versati, inconsci plerumque, leges legibus atque iuribus Ecclesie omnino repugnantes conficiebant, et, proh dolor! plerique sacerdotes, imoque episcopi, nihil reprehensione dignum in hoc reperiabant; illud evenit ex eo quod nudis enutriti et falsis opinioibus in scholis imbuti, copia posthac seipso reformati deficiente, errorem a veritate sepiissime discernere non poterant. Hi viri politici, quamvis bona fide seipso vere catholicos dicerent, nihilominus principiis catholicis multis in casibus longe aberant, et adhuc idem fit hodie. Ex omnibus episcopis province Quebecensis, soli R.R. PP. DD. Bourget, episcopus Marianopolitanus, et Laroque, episcopus Sti Hyacinthi, durissima reipublice tempora intelligebant et ingeniescebant.

His iu circumstantiis, doctrina simpliciter exposita, consilium dedi ut perficeretur quod in Encyclica *Inter multiplices* diei 21 martii anni 1853 saeculum fuerat, et in Concilio Ambianensi ejusdem anni evolutum et euucleatum, id est, systemati usque nunc in scholis vigenti adhiberetur temperamennum quod in eo consistet ut in eis scripta SS. Patrum auctorumque christianorum clarissimorum habent partem, et quidem optimam. Quoad libros ab antiquis ethniciis scriptos, in scholis studentos esse contendebam, sed ea conditione quae legitur in prefata encyclica, nempe ut *ab omni labe purgarentur*.

Hae sunt, Eminentissime Domine, quae semper opusculis meis tradidi et propugnavi, et nihil aliud nisi confutationem opinionis eorum qui studiis pure pagani favebant. Infeliciter, quam mei dissimilis Romae exhibitus sum!

Exarsit in propositionem meam, anonymo in opusculo evolutam, quoruandam malevolentia, sacerdotum prasertim seminarii Quebecensis et aliquorum injus Instititionis amicorum, ad summum triginta vel quadraginta. Paucissimi erant numero, sed auctoritate usurpata valentes, ita ut questionem suffocare tentaverint. Tunc temporis, professor eram in Seminario Quebecensi, unde fit ut omnia, quae ad illos spectant, perfecte cognoscam. R. P. D. archiepiscopum Baillargeon adversarii mei circumveniebant, illi suadentes christiane studiorum reformationis patronos ipsius simul ac Ecclesie auctoritati infensissimos esse.

Qui inter sacerdotes Seminarii Quebecensis de praefata reformatione doctrinam meam sequebantur omnes ex hae Institutione expulsi sunt, et duo priores maxima eum ignominia. Quamvis, propter illam doctrinam, quæ ipsis vitio vertebatur, omni reprehensione carerent, presertim cum nunquam, ne concordiam labefactarent, suis eum collegis controvorsias movissent, attamen poena digni habiti sunt. Inter querimonie causas contra primum sacerdotem e Seminario Quebecensi expulsum allegatas, præcipua ea fuit quod junioribus alumnis suis hæc dixerit : « Si recte de vera magnitudine judicarero voluerimus, viris « illustribus inter antiquos ethnies ut exemplaribus vol typis animum intendere non debemus, sed « Salvatori nostro Jesu Christo et sanctis qui eum secuti sunt ; quorum vestigiis magis inhæret aliquis, « major evadit, et magis ab illis recedit, fit minor. » Hæc est vera et unica ratio eur presbyter ille, Desideratus Vezina pomine, e Seminario Quebecensi ejectus sit, et tanquam turbator, caput ebulliens et litium sator aestimatus sit. Hæc quam profitebatur doctrina systema vigens in scholis, ae proinde auctoritatem ecclesiasticam, oppugnari decantaverunt adversarii. Inde iræ. Alii qui Seminario Quebecensi eoacti abierunt, pro simili causa et præterea quia R. P. D. episcopi Dupanloup et D. de Montalembert liberalismum non mirabantur, istam experti sunt fortunam.

Sic agere non satis habuerunt adversarii nostri, sed etiam in ephemeridibus scripserunt R. D. Gaume illiusque sequaces fanaticos esse ae insacos, et ad id devenero ut, postquam nos tanquam in auctoritatem contumae, in Ecclesiam injuriosos et illius ruinam molientes publice denuntiassent, obtinuerunt ut ephemeridibus prohiberetur quomodo aliquid his allegatis contrarium publicarent.

Cum ita res sese haberent, studio consulendi tum publice rei commodis, tum commodis causæ quam Pius Papa IX sanetam nuncupat, opuseculum cui titulus *La Méthode chrétienne d'enseignement*, sub pseudonomine *George St. Aimé*, serpsi ea mente ut christianam studiorum reformationem, in medio allatam et acriter eum mala fide criminatum, iterum et fusius exponerem. Graves ad effugendas persecutions, sub pseudonomine occultissimeque hoc texui opuseculum, cuius editio felices babuit exitus, quoniam clerici pene universi, omnes episcopi, utrum si excipias R.P.D. archiepiscopum Quebecensem a presbyteris seminarii sui deceptum, doctrinam in eo evolutam amplexi sunt, quod vel in Europa magnifice laudatum fuit, imprimis in *Annalibus philosophicis* quos edit D. Bouatty. Alia duo opuseula mea, sub codem pseudonomine *George St. Aimé* scripta, parem obtinuerunt honorem.

Sciat Eminentia Tua sacerdotem Elzearum Alexandrum Taschereau, hodie archiepiscopum Quebecensem, collegarum suorum Seminarii Quebecensis agendi ratione tunc non adversatum fuisse, sed eam approbasse, et virum illum, quomodo menti ejus sese primo obtulerit opinio, ita eam semper esse tuiturum. Si, verbi gratia, cum de disciplina scholarum interroges, discipline omnino christiane sese favere libentissime respondebit, sed, cum id asserit, R. D. Gaume et ejus probatorum doctrinam, ut R. P. D. Filippi Enique Cardinalis Avanzo, approbare non intendit.

Edito opusculo, cui titulus *La Méthode chrétienne*, excoxitaverunt qui christiana studiorum reformationi adversabantur Romam adire, quia tunc unus ex illis, D. Chandonnet presbyter, ex omnibus Americae septentrionalis dioecesis hodie rejectus ac imo suspensus, ibi degebat laborem impendens ad consequendos in theologiae et juris canonici Facultatibus gradus quos revera consecutus est. Eo tempore, complevit habuit in machinationibus, quas orsus est, R. D. Benjaminum Paquet presbyterum, qui tunc Quebeci degebat et nunc Romæ degit addictissimus R. P. D. Persico, episcopo Boliviensi *in partibus infidelium*, quem fallens ad suas paganas liberalesque opiniones pedetentim traxit induendas, saltem in eo quod ad res nostras canadenses attinet. Callidas per fraudes, quæ omnes Eminentiae Tuae patebunt, si velit Ipsi transmissa perlegero opuscula, quæ a R. P. D. archiepiscopo Baillargeon ob id solum damnata sunt quod fraudes istas revelarent, patroni christiana studiorum reformationis apud Romanum denuntiati sunt quasi postularent ut ex scholis antiqui libri ab ethnicis conscripti et ab omni labe purgati omnino excluderentur, et quasi archiepiscopi et Sanctæ Sedis auctoritatem loderent.

Cum nihil hujusmodi in praefato opusculo invenisset qui illud perlustrasset, caverant adversarii ne illud Sanctæ Inquisitioni, apud quam autumnali tempore anni 1866 deferebant querelam, ostenderent. Quorum in litteris, quas includit alterum de duobus opuseulis quæ Eminentiae Tuae hic et nunc transmittit, hæc omnia et alia enarrantur. Quinque propositiones, quas praefato opusculo prætenserunt extractas fuisse, sed realiter omnino diversas ab illis quas defendebamus, Sacrae Congregationis examini subjeerunt.

Fanustum machinationibus suis exitum certo praestandi causa, R. P. D. archiepiseopo Baillargeon, uti litteris suis fatentur, consilium dederunt ut ipse Sacram Congregationem de re certiore faceret; quinque propositiones illi transmitteret asserens eas esse quas sustinebamus; et adderet denique nos illa agendi ratione graves dissensiones inter suae dioecesis presbyteros parere. A viris quibus fidem habebat deceptus, presertim ab eo qui sedem archiepiscopalem ejus loco hodie occupat, R. P. D. Baillargeon prestito consilio obtemperavit.

Omnis contra me et alios ejusdem sententiae prolata, ut jam ipse dixi, falsa erant. Nunquam etenim thesim incriminatam sustinueramus; nulla insuper controversia, nulla disputatio de capitibus a Sancta Sede definitis mota fuerat, eum tantum ad exponeendas rationes qua Pontificis sapientissimam decisionem adjuvabant et elucidabant toti essemus dediti; denique, memoratæ dissensiones nullo nodo existabant. Aliqui tantum at voluntatum consensionem frangerent sese agitabant, et isti idem sunt qui, hodierna die doctrinas liberales inter nos prædicantes, omnia perturbant, quique inentientes, dolos et persecutiones nectentes, R. P. D. archiepiscopum Taschereau, paratum ceteroquin ad aures ipsis præbendas, decepiunt.

Ex factis expositis et a vero fraudulenter detorsis, Emus Secretarius Saere Inquisitionis, Cadinalis Patrizi, responsum dedit in memoriam revocans quod declaratum fuit in epistola encyclica diei 21 martii anni 1853, et, ob iuria ab adversariis somniata, canadensem severe reprehendens clerum qui attinatus magnum concepit dolorum, quia Romæ multisque aliis locis ipsius prorsus dissimilis habebatur. Quod responsum una cum suorum commentariis suasorum declarationibus prefatae encyclice repugnantibus R. P. D. archiepiscopis perulgavit. Que quidem commentaria debita enim reverentia refutare mihi tum magnopere interesse visum est, quod in altero opusculo, sub codem pseudonominis George St Aimé exarato, perfeci, clarissime demonstrans nos nihil aliud quam doctrinam a Cardinali Patrizi memoratam docuisse et perulgavisse. Saeram addidi Inquisitionem fuisse deceptam, sed archiepiscopum nullo modo criminatus sum.

Uno circiter anno elapsu postquam haec evenerunt, statim ut a Roma rediit R. D. Chandonnet, Quebeci philosophicos instituit discursus, quibus iterum christianam studiorum reformationem et opuscula quæ eam commendabant acerrime insectatus est. Hujusmodi aggressiones ad labefactandam thesim a Pio Papa IX aperte valideque probatam tendentes clidendi onus suscepit, et, ut id consequeretur, litteras a R. D. Chandonnet ad ejus amicum R. D. Benj Paquet directas, que forte in manus meas inciderant et in quibus onnes enarrabantur machinationes ut a Sancta Sede damnarer adhibitæ, in alio tertio opusculo, adjunctis commentariis, interprosui et evulgavi.

Quo quidem edito, mirum in modum commoti sunt animi qui christiana thesi nostre et proinde regulis a Pio IX datis addietissimi facti sunt. Ad dol sui probationes ac etiam vestigia destruendum, RR. DD. Chandonnet et Paquet incredibili econatu apud R. P. D. archiepiscopum usi sunt, illum inducentes ad duo posteriora opuscula mea extraordinariam per viam de medio tollenda. Omni ope contendentes ut huic suaderint predicta opuscula ipsi injuriosi esse, propterea quod illum deceptum fuisse probabam. Illos adjuvabat R. D. Taschereau, eo tempore Seminarii Quebecensis superior vicariusque generalis dioecesis, et ipse composuit pastorales litteras diei 12 augusti anni 1868 quas promulgavit R. P. D. archiepiscopus Baillargeon.

Pastorales ille litteræ, ut aliunde Eminentia Tuae eas perlegenti constabit, sub pena suspensionis, *ipso facto* incurenda, pro clericis, et excommunicationis *ferende sententia*, pro laicis, præscribant ut in intervallo trium dierum predicta opuscula comburarentur, et insuper eisdem sub poenis ne quis aliquid in posterum de christiana studiorum reformatione auderet scribere vel etiam perlegere, licet in dioecesi vel in regione alinea editum, vetabant, unde factum est ut ex illo tempore semper in dioecesi Quebecensi fuerit vetitum et hodierna die, sub gravissimis poenis, R. D. Gaume, R. P. D. archiepiscopi Filippi, Emi Cordinalis Avanzo, multorumque aliorum clarissimorum scripta de hac questione perlegere, adhuc vetetur.

Mihi vero, quem nesciebant adversarii opusclorum damnatorum auctorum esse, sed quem quatenus talē ecclesiasticas per poenas queritabant, ut codices meos autographos, comburerem, dicta publice retractarem, ac præterea ut in intervallo unius mensis et sub pena suspensionis RR. DD. Paquet et Chandonnet famam repararem, jussum est.

Cum graviter noceuti, sed ignoto, scipsum manifestandi non legitime imponitur obligatio, nullam carum prescriptionum adimplevi et tamen ecclesiastica obiens munera perseveravi, propterea quod aliter faciens me detexissem. Caeterum nullius culpee conscius eram, ac proinde iu foro conscientiae immunem a censura mea judicabam.

Antequam opuseula mea in lucem edidisse, amici, a quibus consilium petieram, me doctrinam Sancte Sedis commandantem et cum debita reverentia hanc doctrinam kudentes confutantem optimum opus perfecisse declaraverant. Ne propriis fretus sensibus hac in causa tam gravi a via recta discederem, censuris in me ignotum sub nomine George St. Aimé a R.P.D. archiepiscopo Baillargeon fulminatis, gravissimos viros tam in America quam in Europa, presertim R. D. Gaume et R.P.D. episcopum Filippi, de recta agendi ratione his in peculiaribus circumstantiis consului, et omnes, opuseulis meis diligenter perlustratis, unanimiter dixerunt: In te latæ censuræ non injuste sunt modo, sed nulius a roboris, quia quod bonum est probatumque à Pontifice R.P.D. archiepiscopus Quebecensis ut peccaminum nosum dammat. In foro conscientiae, censuræ istæ sunt *sagittæ parvulorum* quæ minimo laudent; « ideoque ne cesses ecclesiasticas obire functiones; alioquin, te persequentium in manus incides. Caetera « vero quæ prescribunt pastorales litteræ exterius observa, expectans donec malo remedium afferat Roma « quæ indubitanter archiepiscopo injunget ut infastissimas istas pastorales litteras de medio tollat. »

Omnia haec fideliter servavi, et continuo, quanquam occulte, querelam meam per R.P.D. Episcopum Filippi ad Sacram Inquisitionem direxi, exspectans ut illa Congregatio verbis meis secundas aures præberet, et haec est ratio cur nihil omnino de christiana studiorum reformatione scripserim, quæcumque in George St. Aimé et ipsius opuseula fuerint convicia. Octo per annos semper in vanum exspectavi ut mihi responderet Saera Inquisitio. Emus Cardinalis Barnabo, hoc in tempore praefectus S. Congregationis de Prop. Fide, pastorales litteras R.P.D. archiepiscopi Baillargeon, coram presbyteris et episcopis canadensis, severa redarguit, quod tantum audiri per longum intervallum usque ad tempus quo Eminentia Tua ad R.P.D. episcopum Marianopolitanum litteras suas diei 25 novembris anni 1876. scripsit.

Quatuor per annos, id est a 1868 usque ad 1872, tempus quo a diœcesi Quebecensi in diœcesim Marianopolitanam propter persecutiones in me sevientes demigravi, liberalismo atque gallicanismu tune prevalentibus, omnia probra in George St. Aimé jactata sustinui tacens, ita pastorales litteras R.P.D. Baillargeon reverendi voluntas apud me manebat!

Statim ut diœcesi Marianopolitanæ addictus fui, Quebecenses ephemerides aueta cum acerbitate memorerunt me, propterea quod Marianopolitana in ecclisia cathedrali concessionem habens dixeram et veritates catholicas super teeta predicari oportere et pro eis defendendis omnia tolerari. Jam tune enim meipsum esse George St. Aimé suspicabantur ac quatenus tales me persecabantur. Illo de auctore ouitens disserere, satis esse credidi opusealarum doctrinam paucissimis verbis patrocinari.

In ephemeride cuius titulus *Le Franc-Parleur*, sub pseudonomine *Luiji*, usque ad hodiernam diem articulos serpsi ac edidi diversos confutans errores, inter quos emicant naturalismus et liberalimus, atque presertim allegationes quadam in impissimo libro insertas, cuius auctor, D. Dessaulles laicus, Papam, Episcopos, presbyteros, neenon sacras romanæ Congregationes, nominatum Sacram Inquisitionem, coniecti insectabatur.

Duo circiter anni sunt ex quo novum ac mere præceptivum opuseulum de christiana studiorum reformatione elaboravi ac edidi, ad hoc inductus Brevi recenti ad R. D. Gaume missio, in quo Pius Papa IX eis qui hanc questionem tractant gratulabatur. Unde factum est ut fore omnia nostra seminaria et collegia Pontificis præscriptiones sequi statuerint.

Denique, duabus abhinc annis, qui inter nos se dieunt catholio-liberales andacter caput extulerunt et cœlum terraque miscuerunt ut nefandos suos errores quocunque diffuderent et omnes ad suam agendi rationem imitandam adducearent. Quuni eis protestantes et iniquissime Massonum sectæ favarent, et R. P. D. archipus Taschereau, insidiis captus, de vero gravique rerum statu non reete judicaret, ut magno perfungeret officio, obsequens hortationibus Pii IX qui vult viros sana doctrina prestantes opportuna scripta in lucem edere, quibus et populorum mentes illustrari et serpentium errorum tenebras dissipare contendant, in liberalismum qui dicitur catholicius multis scriptis strenue pugnavi et pericula pestis liberalis patefeci, unde factum fuit in me clainores validi personauerint et multi me odio babuerint.

Estate nuper elapsa, mense julio, quodam parocho dioecesis Quebecensis ut predicarem mo rogan-  
te, de constitutione et auctoritate sanctae Ecclesie romanae sermonem habui, et insuper demonstravi eam,  
quotiescumque de bono spirituali animarum agitur, jure proprio ferre leges que stricte obligant, et gu-  
bernia ipsa his legibus teneri.

Hoc arripuerunt adversarii in occasionem ut in ephemeridibus Quebecensibus, odio causarum quas  
propugnaveram, contumeliis me afficerent. Ut scriptorum meorum in liberalismum et doctrinam sermo-  
nis mei auctoritatem minuerent, me esse George St Aimé, ac proinde nullam fidem scriptis verbisque  
meis adhibendam esse dixerunt. George St Aimé ab omni culpa vacuum fuisse firmis argumentis pro-  
bare volens, res singulas que ad eum spectabant enarravi, unde fortasse in causa fui cur me esse aucto-  
rem illum potuerint intelligere, cum iam tune graves in me caderent suspiciones. Porro, eum, una parte,  
magnum iracundire tempestatem mihi impendere viderem, ac, altera parte, cum malos exitus qui inde  
foro externo nasci poterant cohibere cuperem, mense julio anni nuper elapsi, ad Emon Cardinalem Pa-  
trizi litteras scripsi, cum precans ut mihi indicaret an aliquid, relative ad opuscula Georgii St Aimé et  
relative ad censuras in eum latae, decrevisset Saera Inquisitio.

Quando George St Aimé culpa liberavi, R. P. D. archiepiscopus Taschereau, qui ephemerides  
sub jurisdictione sua constitutas, dum sole loquebantur, omnia contra me attentare siverat, per observa-  
tiones ad quoddam ephemeridem spectantes, quae causam meam tuebatur, rei intervenit dicens me men-  
tiri relative ad factum eius ex viris auctoritate gravibus existentiam affirmaveraam. Istis observatio-  
nibus ut responderem, rationes atque auctoritates quibus ad affirmandum nixus eram simpliciter ante  
oculos posui.

Ne plus dicam, nihil scripsi, nihil egi ex quo articulos et opuscula conficio, nisi ut Sanctae Sedis  
doctrinas propagarem. Hanc studiose secutus sum regnulam ab Emon Card. Patrizi nobis traditam in  
ipsius litteris diei 15 februarii anni 1867 : « In catholica tuenda veritate et in sanctae Ecclesie juribus,  
que adeo divexatur, propagandis, omnem operam et industriam dovent impendere viri ecclasiastici. »

Inter presentem annum, cum Pii IX Brevia liberalismum catholicum damnantia in memoriam re-  
vocarem, qui hunc sovent errorem rursum et acriter in ephemeridibus Quebecensibus me ipsum impugna-  
verunt, pretendentes agendi rationem meam dissensiones provocare, et eodem sese gesserunt modo cum  
novissima Pontificis Brevia de christiana studiorum reformatione pervulgavi.

Ad amissim exequendum quod de studiis Sanctae Sedis prescripscrat, nihil perutilius mihi visum  
est quam iterum atque iterum illud oculis subiecere ; praeterea, me ipsum scribendi facultatem habere in  
Canada, perinde ac in Europa scribunt R. D. Gaume, R. P. D. archiepiscopus Filippi et alii permuli  
semper existinati ; denique, pro certo semper habui me ipsum, non modo Sanctae Sedis acta non impetrare,  
sed e contrario ea totis viribus commendare.

At nunc, quoniam Saera Inquisitio me erravisse declarat et prohibet quin de christiana studiorum  
reformatione amplius scribam, sileant omnia argumenta ; erravisse me fateor et toto corde me submitto.  
Id num desiderio desideravi : bonum promovere ; at cum Roma tam sapiens et tam magnam habens  
auctoritatem loquitur, nihil aliud mihi est quam cum gaudio non pergere quo coepi, siquidem mala no-  
civaque opera mea judicat. Rebus ita sese habentibus, gratias ago Deo qui me vult humiliatum, et  
certissime scio humiliationem meam melius causeae nostrae inservire quam optima scripta mea.

Quinque, ad summum septem, in Canada, catholici eramus scriptores qui contra densam cohortem  
nefastos errores praedicantium pugnabamus, et quotannis propter persecutions numero defecimus. Me-  
ipso ac quibusdam aliis taentibus, Deus ostendere vult quod ipsi nobis non opus sit ut causam sanctam  
suam tucatur.

Omnia que mihi R.P.D. episcopus Marianopolitanus injunxit, haec libenter exsecutus sum. Prae-  
dictus episcopus, ex facultate sibi concessa, a censura me absolvit ac incursa irregularitate dispensavit.

Ex litteris ejusdam Emoni Cardinalis, intelligens R.P.D. archiepiscopus Quebecensis me congruam  
pro agendi ratione mea datum esse satisfactionem, rei sese ultro immi enit et ad R.P.D. episcopum  
Marianopolitanum epistolas scripsit dicens quod vellet me ipsum a censura non absolvit et super irregulari-  
tate non dispensari, nisi sub ea conditione ut condemnationem meam per ephemerides publice manifesta-  
rem. Ad pacem habendam, hanc gravem et durissimam conditionem adimplevi, unde fit ut fame-

maximum patiar detrimentum. Cum vero eccecidit omnis anctoritas mea, operam frustra consumerem si  
grassantes in errores contendens adhuc pergerem. Super condeumatione mea valde gaudent impi et  
protestantes; alii intelligere non possunt qui fit ut Saera Inquisitio severe in Canada reprehendat quo  
in Europa laudat et approbat Papa.

Duo opuscula mea criminata una cum R.P.D. archipi Baillargeon pastoralibus litteris quae illa dam-  
nant Eminentiae Tuæ mitto, Eam supplex deprecans ut singula documenta attento perpendat ut ea  
jubeat perpendi. Tibi preterea mitto articulum quem in ephemerede *Le Franc-Parleur* serripsi ut publica  
ficeret condemnatio mea, ex mandatis R. P. D. archiepiscopi Tascherean, et libellum cuius titulus *L'et Mé-  
thode chrétienne*.

Si possibile est ut in me scriptaque mea lata sententia emendetur, oro et obtestor per viscera D.N.  
Jesu Christi, per sanctas causas quibus in hac regione nomen meum fuit adscriptum, ut sententia illa  
quamprimum reformatetur et reformata mili significatur. Innumeris aliis idem postulant.

Manus Eminentiae Tuæ reverentissime deoseulor et quaque Ei fausta precor a Deo

Eminentiae Tuæ  
Servus humilissimus.

rem si  
mipi et  
t quo

a dam-  
aut ea  
publica  
*La Mé-*

a D.N.  
ntia illa

